

Numinibus sacratus erat, pietasq; placebat.
Ergo fortunæ jam jacta sit alea nostræ. (crem
Vos, perhonorificus quorum me adspectus ala-
Reddidit, hanc æqui facite, oro, boniq; Camænâ,
Et brevibus placidas advertite cantibus aures.

Quicumq; ille fuit, qui nunquam impunè Come-
Spectatum docuit terris extrema minari, (tam
Credo equidem, multò magis hunc rata dicta lo-
cutum,

*I.
Cometas
mala præse-
gnificare
probat
hic exem-
plis vario-
rum tempo-
rum.*

Quàm quæ Phæbei tripodes vel corniger Ammō
Faticano populis oracula protulit ore.

Hoc exempla probant annalibus cruta prisca
Temporis, & mille historiæ, quas docta vetustas
Prodidit, intexens victuris incluta chartis
Facta, vices varias regnorum atq; omina scæva.

Antè per Emathios quàm tristia prælia campos
Julius Ascantii de sanguine cretus Iuli, (rens
Omnia qui imperiò tenuit, quàm utrumq; recur-

*Pompeii &
Iulii Casar-
is.*

Oceanum spectat Sol, & cognomine Magnus
Pompejus gener adversis instructus Eois
Miscuerunt, Latio Pharsaliaq; arva natârunt
Sanguine, prodigiis cœlum fatiq; sinistri
Ominibus scatuit: micuerunt æthere puro
Fulgura per tacitas non unquam cognita noctes,